

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 15 lines within a rectangular border.

Faint text at the bottom of the page, possibly a signature or date, including the word "Anno" and the year "1712".



3
EPISTOLÆ DUÆ,

Altera

Celeberrimæ Academiæ Lipsiensis

ad

Illustrissimum, & Generosissimum Princi-
pem ac Dominum,

**Dn. IOHANNEM
PHILIPPUM, DUCEM SAX.**

JUL. CLIV. ET MONTIUM, &c.

*Magnificentissimum suum Rectorem,
Dominumq; Clementissimum:*

Altera hujus ad illam.

Subjectissimæ humilitatis,

Debitæ fidelitatis, &

Jucundissimæ gratulationis ergò

decantatæ

à

JOHANNE PAYMELIO Ragenense,

Anno Epochæ Christianæ

CLIO IO CXII.

LIPSIÆ,

TYPIS NERLICHIANIS

JOHANNES HERMAN EXCUDEBAT.

3
4



Illustrissimo Generosissimoq; Principi
ac Domino,

Dn. IOHANNI PHILIPPO,
DUCI SAX. JUL. CLIV. ET MON-
TIUM, &c.

Magnificentissimo suo Rectori,
Dominoq; clementissimo

ACADEMIA LIPSIENSIS
S. D.



Condita disparibus numeris Academia celso
Præpositâ mihi verba salute DUCI,
Quæ rata sit, cupio, rebusq; ut comprobet
Teq; queat salvo, *Jane Philippe*, legi. (om̄e,
ummus amor, quo me complecteris atq; Camœ-
Exigit, ut faciam talia vota, tuus. (nas,
am quamvis mihi non juvenum sint millia centū,
Qui satagunt studiis exeruisse caput;
e tamen, atq; meæ non spernere limina sedis
Diceris; immò aliis præposuisse scholis.
Inc igitur nostrum, non pauca per oppida notum,
Nomen, Tu præsens amplius esse facis.
Ip quibus, optandi si nobis copia fiat,
Tam benè promerito commoda mille precor.
Si si sola mihi dentur tua vota, precabor,
Ensisero ut salvo, sit tua salva *Parens*:
tibus & patrias remces instructus ad urbes:
Et capias doctâ sceptrâ regenda manu.
tentura precor: siquidem probitate regentem
Et precibus CHRISTUM convenienter amas.

Ac

4



Artibus incumbis doctis, callisq; labores,
Nec tibi vel minimi tempus inane perit.
Doctorumq; audis voces, cœm q; frequentas;
Teq; magisterio subjecis ipso.
Est aliquid fidis morem gessisse magistris;
Hunc fuit optati copia larga boni.
Aspice Tantalidem, caput insuperabile bello,
Nestoras ille senes optat habere dece:
Quorum consilii vis esset nota periti:
Res est consilium magna fidele viri.
Aspice Alexandrum, totus cui paruit orbis,
Vnius imperio paruit ille senis.
Inde suos bellis domuit victricibus hostes,
Protulit in terras imperiumq; novas.
Quid memorem Cyrum? quid magni clara Philipp
Nomina? quid pectus morigerumq; Numæ?
Quid referam Grajum Victorem, quo Duce pugna
Leuœrica Thebanas amplificavit opes?
Quos ego si memori coner perscribere versu,
Ilias est operis longa futura mei.
Cur exempla petam Virtutum plurima longe?
Aspice maiores, JANE PHILIPPE, tuos.
Inprimisq; Ducē FRIDERICUM ritè VVILHELM
Inclyte Dux, vestrum fac imitere patrē. (Mull.)
Qui clarias artes primis sectatus ab annis
Meccœnas studii nobilioris erat.
Qui pius, & sapiens; quo non metuentior ullus
Numinis; aut Christi major amore fuit.
O utinam terris fas illum vivere! nondum
Lux erat hæc avidos digna subire rogos.
Fecit idem Proavusq; tuus, Proavoq; creatus,
Et laude implerunt Solis utramq; domum.

Si vix

Si vox firma mihi; si mens adamante revincta,
Milleq; cum lingvis millibus ora forent.
Non ego persequerer Proavorum clara tuorum
Nomina: quæ semper fama loquetur anus.
O quoties non est illum numerare beatum,
Talia qui veterum facta imitatur avum.
Nec Clypeos tantum majorum aut stemmata jactat,
Quæq; illi dextris promeruisse suis.
Sed studet egregiæ Virtutis laude suorum
Fortia magnanimum vincere facta Patrum.
Quod quia tam facili Dux, JANE PHILIPPE, Mi-
Præstas; jam studiis gratulor ipsa tuis. (nervâ
Idq; ut perspicias, Princeps celsissime, nostri
Imperii placuit tradere sceptrâ Tibi.
Nam potes auxilium Tu lapsis addere rebus,
Tutariq; bonos & cohibere malos.
Accipe: cumq; datis mentem, Dux inclyte, dantis
Respice: nam res est digna favore tuo.
Quodq; alii credunt indignum Principe, Musas
Ut regat: ipse tuum fac decus esse putes.
Sic Tibi magnifico Rectori Rector Olympi
Dona det, ut justè subdita membra regas.
Extincto sic TE JANUS genitore GEORGUS,
Ensis imperii, ceu pater alter, amet.
Sospite sic TE sis sospes celsissima mater,
Illustri vestro quæ Patre digna fuit.
Sic quoq; celsa Trias, fraterno sanguine juncti,
Ingenio insignes & pietate Duces,
FRIDRICUS, JANUS GULIELMUS, & ille Parentis
FRIDRICUS nomen qui GULIELMUS habet,
Imperium agnoscant, majestatemq; verendam;
Sintq; accensa pari Pectora celsa face.

Ac

4

Crescite vos flores rutæ de germine nati :
Julia, vos Montes, Clivia semper ament.
Hoc precor ex animo, votis hoc comprecor æquis :
Quid precibus tantis justius esse potest ?
Vive, vale Rector celsissime, *Jane Philippe,*
Grata tibi brevitatis scribere plura vetat.



ILLVSTRISSIMVS ET GENEROSIS-
SIMVS PRINCEPS AC DO-
minus,

DN. IOHANNES PHILIPPUS,
SAX. JVL. CLIV. ET MONTIVM
Dux, &c. RECTOR MAGNI-
ficentissimus,

INCLYTÆ ACADEMIÆ LIPSIENSIS,
suam gratiam & omne bonum.

Castalidum genetrix Academia docta sororum,
Qua gaudet cultis Lipsia plena viris;
Quam mihi misisti nuper Tibi reddo salutem,
Bucheria illustris Rector ab ade tuus.
Hospes in hanc veni, celsis cum fratribus, urbem,
Hujus at incepti Tu mihi causa mei.
Nam patriæ liqui propter Te limina sedis,
Postposuig, alias, scribis ut ipsa, scholas.
Et meritò, siquidem Tu famâ ad sidera nota es,
Quæ doctos edis nixibus usq, viros.
Et juvenum proferis tot Gargara culta bonorum,
Ut doctos capiant carbasa nulla viros.

Pro


Pro quibus, exoptas quàm plurima commoda nobis,
Signa q̄, laticia das manifesta tuæ.
Pauca nec ingenio tribuis Tu præmia nostro,
Et tenui ex rivo flumina magna facis.
Non ea vis nostræ mentis, nec dona tot ampla,
Omnia sunt verbis nostra minora tuis.
Grata tamen sunt hæc animo suffragia nostro:
Nam videor doctis posse placere viris.
Ergò licet celso sim nomine clarus avorum,
Quam tamen incepti, semper inibo viam.
Et sine quod fueram stimulis facturus, id ipsum
Plenius auctorem Te quoq̄, nactus agam.
Nam curas humiles, nugasq̄, perosus inanes,
Versabo ingenio nil nisi magna meo.
Ensi feri ad nutum vitæ componere mores
Laus erit, ut faciam quæ mihi iussa dabit.
Inq̄, mei crescens genitoris facta, studebo
Antiquam generis, nobilitare domum.
Nam quæ dant alii sæcundo tempora Baccho,
Aut ludo, aut canibus, futilibusve choris:
Hæc mea consumam recolendis artibus istis,
Quæ fera duritiem ponere corda jubent
Tum, cæleste forens obnixo pectore verbum,
Incumbam studiis nocte dieq̄, sacris.
Ut tandem frenis regni rerumq̄, potitus
Exaugere queam religionis opus;
Dexteriusq̄, simul patrias moderarier urbes,
Et laxare sciens & retinere lupos.
Hæc mea fortè tuas Pietas pervenit ad aures,
Temperiesq̄, animi non vitiosa mei.
Atq̄, hinc me vestri delectum sancta Senatus
Vota, ducem Clario præposuere choro.

Ut

Ut mihi commissio studii moderamina scepro
Sumens, hac Musas Praeses in urbe regam.
Abjiciam? an metuam? sumam sine scepra sodale?
Sentio huic moli me minus esse parem.
Nam magistratus, seu publica cura regendi
Est gravis, ac magnum sarcina pondus habet.
At regere indignum non est me Principe Musas:
Accedet titulis hac quoque fama meis.
Sera uti me quondam defunctum munere vita
Posteritas Regem praedicet esse schola.
Quare docta tuis clemens Academia votis
Annuo; & hac studii tradita scepra gero.
Annuo: sed mihi Tu Doctorem adijunge peritum,
Qui queat hac humeros mole levare meos.
Utque sit electus nostri Praeceptor honoris,
Quem colat Aonii, Me velut, ordo chori:
Quique onus hoc subeat pro me, velut ille subibat
Caeliferi Alcmenae natus Atlantis onus,
Sic crebris multos Academia nixibus edas
Doctrinae summos nobilitate viros.
Nam velut armatos, Trojae sub mœnibus altis,
Mille viros quondam parturiebat equis:
Sic quoque stipatas doctorum mille catervas
Fundas, ad Plisse proxima tecta vadum.
Officio quorum perstet Respublica sospes,
Atque sacer vita stet sine labe tenor.
Sicque tuum maneat praclarum nomen in ævum,
Tempore laus ullo nec meritura: Vale.

F I N I S.





E P
Celeb
Illustrissi
Dn. I
PHILIPPO
JUL.
Magni

JOHAN
TY
JOHAN

nci-
M
A X.
c.
m,

1612

se,
A T-

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

KODAK Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2000

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Kodak
LICENSED PRODUCT